Rvilus, ipse elegante ac speciose dicerem: mini-
mè vereor, sit nobile illud Stoicorum axioma: bonum
ex toto, malum ex quavis parte vel primoribus pe
labris degustasses. Ad pulchritudinem igitur non
sanius tam membri elegantia, sed omnium mem-
brorum harmonia suavi coloris venustate pro
cuiusvis exigentia temperata pertinet. Sed
concedamus Martialem ipsos crine rubros, et rubros
crines vituperandos censuisse, at quid huius viri
authoritate confirmare niteris? nihil agis, nihil
moliris, nihil cogitas: Nullum n. tam homo inclitum
tam nobilitate illustre, tam moribus sanctum virum
ac tam Romae vidisse videtur, quem hic, nisi
ab ipso vel toto continuis exceptus vel alijs bene-
ficijs mox cumulatus sit, mordante acerbiori cor-
tice, nigro quodam sarcasmo obruere, ac velut
sagittis cavillorum con quibus incolare sit ausus.
Huiusmodi viri temeritati fide habenda sunt
acutos? temeritas consilium non admittit, nec
Malignitas cum sapientia commiscetur; unde is vel
unicam boni viri vel minimam fidem mere-
ri potest. Potius ergo illis viris amplissimis
credendum existimo, qui in suo divino volumine,
quod vita humana theatrum vocant, crine